



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 69. Græci datis literis Bohemos ad suas partes pertrahere intenti

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

hactenus Græcos ad recipienda Floren- Sæcul. XV.
 tinæ Synodi decreta compellere negle- A.C. 1451.
 xerat, tarditatem, sub prima imperii sui
 auspicio turbatum nimis regni statum
 caussatus, pollicitus tamen, se erupta omni
 mora illud negotium promoturum, eo-
 que consilio Gregorium Patriarcham re-
 vocaturum. Is quippe, cum vir esset
 sanctitate celebris, cognita Græcorum
 pertinacia Romam relicta Constantinopoli
 petierat, ubi etiam paulo post in pace
 quievit.

§. LXIX.

*Græci datis literis Bohemos ad suas
 partes trahere intenti.*

Verum non eadem omnibus Græcis in-
 federat unionis sententia; nam eo-
 dem adhuc anno eorum nonnulli nomine
 Ecclesiæ Constantinopolitanæ epistolam
 scripsere ad Bohemos Hussitas, qua eos
 summis laudibus efferebant, eoquod non
 attenderent ullis Romanorum novitati-
 bus, sed firmi in soliditate fidei persiste-
 rent, simulque hortati sunt eos, ut in illa
 perdurarent, & secum uniri vellent, non
 quidem (inquietabant illi) secundum si-
 mulatam Florentinæ Synodi unionem,
 a recto tramite aberrantem, sed secun-
 dum immutabile decretum a Patribus
 antiquis traditum, quod ipsi Græci serva-
 rent.

Sæcul. XV. rent. Hæc illorum Epistola, Græce, &
 A. C. 1451. latine scripta, exstat in collectione Au-
 torum Rerum Bohemicarum, quæ in Bi-
 bliotheca Collegii Pragensis habetur.

§. LXX.

*Isidorus Cardinalis Legatus Constan-
 tinopolim missus.*

Interea tamen Legati, quos Constanti-
 nus Romam decreverat, instanter Pa-
 pam rogarunt, ut Virum scientia, ac pro-
 bitate clarum mitteret, qui junctis cum
 Imperatore viribus schismaticorum con-
 versioni incumberet. Nicolaus horum
 precibus motus Isidorum Cardinalem
 Græcum, Kioviæ in Russia Archiepisco-
 pum ab Eugenio IV. in Florentina Syno-
 do Cardinalium Collegio adscriptum,
Æn. Sylv. de Constantinopolin decernit. Hic itaque
Europ. c. 3. Roma proficiscitur, & prima Legationis
 suæ auspicia optatum fortitura effectum
 videbantur, Græcis sive demum vere, si-
 ve scite unionis Decretum acceptantibus.
 Imperator quoque Cardinalem summo
 quo potuit, honore exceptit, ac die duo-
 decima Decembris unacum Aulicorum
 suorum nonnullis, ac paucis quibusdam
 Ecclesiasticis unionis Decreto assensit.
 Verum sinister hujus acceptationis even-
 tus nonnisi novum pristinæ Græcorum

in